

AD INVICTISSI  
M V M POLO NIAE REGEM SI-  
gismundum, de sacrificio Missæ Contra  
Lutheranos, libritres.

Iohanne Eckio authore.

ANNO M D XXVI.  
Mense Octobri,

*de la Librairie N.*



Eckius de Sacrificio Missæ

Coll. Soc. Iasy Salvi. ex dono Regum.

SERENISSIMO AC INVICTISSIMO  
 principi & domino D. Sigismundo Poloniæ regi, ma-  
 gno Lithuaniae Duci, Russiæ, Podiliæ, Prussiæ  
 &c. domino & hæredi, domino suo clementiss.  
 Iohannes Eckius felicitatē, & de hostibus  
 triumphum optat,



V M M E M O R I A M E C V M R E P E,  
 to Sigismunde rex potentissime, Catholicum ac pien-  
 tissimum Vladislai aui tui paterni animum, minime  
 dubito M. T. paternæ ac auitæ virtutis & probitatis  
 generosissimum hæredem, orthodoxæ fidei Christi  
 anæ (que nouissimis histēporibus ab infidelibus, hæreticis & schis-  
 maticis sequissime laceratur) defensorem fore constantem ac fidelissi-  
 mum: Vera etenim est Saluatoris nostri sententia. Arbor bona fru-  
 itus bonos facit: & ethnicus affirmauit. Fortes creantur fortibus &  
 bonis. Est in iuuencis, est in equis patrū virtus, nec imbellem feroces  
 progenerant aquilæ columbam. Cordatissimi autē Regis Vladislai  
 in deum pietas, non modo ex his toti orbi spectabilis facta est, q̄ mo-  
 nasterium Sandex fundauit uirgini Mariæ deuotum: Quod studiū  
 generale in ciuitate Cracouensi autoritate se . ap. instituit, Quod  
 templa plurima struxit, collapsa uetustate reparauit, dotauit clericos  
 rum collegia, Episcopatus nouoserexit. Quod Lithuania ampli-  
 simā & Samigittiam (apostoli, non solum regis functus officio) ad fi-  
 dē Christianā conuertit. Hæc & si præclara sunt facinora & prorsus  
 immortalia ac exemplis caritura, attamen quia pacis tempore gesta  
 sunt, minora alicui uideri possent. At illud memorabile factū, æterni  
 tati consecrandum, cum manus dominit etigit eum, aurū syncerae si-  
 dei probauit, q̄ in asperrimo illo, fratrum Theutonicorū ex Prussia  
 prope Tanneberg, conflictu, ubi de summa Imperij sibi certandum  
 fuerat, manifestissime ostendit: Siquidē dū hostis belli scientissimus,  
 fortissimo sub quinquaginta & uno militaribus signis, instructus ex-  
 ercitu instaret acrius ac urgeret petulantius ad prælij congressum:  
 Belli quoq; duces sui, atq; adeo ipse frater Alexander V uitouudus  
 cū per nūcios, tū per seipso eū ad corripiendū arma solicitarēt: Ipse  
 tamen rex per omnia catholicus, cū Dauidē iactās in domino spem  
 suā, benedixit regē coeli, & dixit, Abs te est uictoria; flexis genibus

Matth. 8  
 Horatius.  
 Pietas Vladis-  
 lai regis.

Anno 1410. die  
 15. Julii.

Reg. 4

# DE SACRIFICIO

## MISSAE

LIBER PRIMVS, PROBANS SACRIFI-  
cium Eucharistiæ ex prædictione prophes-  
tica ueteris testamenti.

CVM ECCL ESIA SEM PER DOCVE,  
rit in missa fieri sacrificium, ideo id negantes non  
sunt de Ecclesia. Caput I.



ON FRVSTRA BEATVS  
Apostolus Paulus gentiū doctor Romanos Roma.  
monuit, & in Romanis omnes fideles, ut fir-  
mi in fide manerēt & stabiles, ne ue ex radice  
& pinguedine exciderentur, si in bonitate nō  
perseuerarent, id symbolis monstrat radicis  
& oliuæ, & exemplo docet cæcitatis Iudæo-  
rum in incredulitate. Nimirum instruens &  
præcipiens fideles perseuerare in uera fide catholica Ecclesiæ san-  
cta dei, ne quis per incredulitatem aut perfidiam ab unitate fidei des-  
ciscat, & radici oliuæ sanctæ insertus non excidatur, fide enim stare  
debemus, nō altum sapere, sed timere: Ideo ad eosdem inquit. Dico Romi.  
enim ibi per gratiam, quæ data est mihi, omnibus qui sunt inter uos,  
non plus sapere q̄ oportet, sed sapere ad sobrietatem; & unicuique  
sicut deus diuisit mensuram fidei: Huic apostolico præcepto in no-  
uissimis istis periculosis temporibus, prohdolor multi resistunt ho-  
mines seipso amantes, cupidi, elati, superbi, sine pace, criminatores, 2.Timo.  
incontinentes, proterui, tumidi, cæci, & uoluptatū magis amatores  
q̄ deit: adeo enim intumuerunt, ut non solum altius saperent, q̄ eorū  
confratres & proximi: sed & iudicia eorum, sententiæ sanctorum pa-  
trum Ecclesiasticorum, sanctorum patrum, ac totius Ecclesiæ inflata  
præsumptione, ac turgida temeritate præferrēt: Quod cum in mul-  
tis prætereāt terminos, quos constituerūt eis patres nostri, præ omni-  
bus hæreticis ab ipsis incunabilis Ecclesiæ usq; in hunc diem: tamen  
uix alibi errant periculosis, conuincuntur schismatis apertius, & cat-

Massæ sacrificiū à prophetis predictum, à Christo exhibitū, apostoli obseruantur, & primo quidē si- ne scriptura.	Cap. 1. fo. 14	confertur.	Cap. 10. fo. 40
Qui usi fuerint missa, & q̄ scripserint primo mis- sa, & ex Canone Iatino & grēco probari sacri- ficiū missæ.	Cap. 2. fo. 16	Sanctissimorum conciliotum authoritate probat missam esse sacrificium.	Cap. 11. ibidem.
Vtius sacrificij missæ probatur ex sanctis Andrea apostolo, Dionysio, Ignatio, Hieronæo & Tertul- iano, ubi de anniversariis mortuorum. Cap. 3. fo. 18		LIBER TERTIVS CONFUTA- TORIUS RATIONUM AB HÆRETICIS INDUCIARUM.	
Sacrificium missæ astruitur ex Origene martyris filio & Cypriano martyre.	Cap. 4. fo. 30	Paulum in epistola ad Hebreos non improbare sacrificium missæ.	Cap. 1. fo. 41
Sacrificiū Eucharistie defenditur ex Eusebio, Atha- nasio, & Lactantio.	Cap. 5. fo. 32	Missa non esse testamentum.	Cap. 2. fo. 48
Pro sacrificio missam habuerunt Græci, Chrysostomus, Basilus, G. Emissenus, Epiphanius, Damascenus, & G. Nazianzenus.	Cap. 6. fo. 31	Plutibus confutatur fīlio Lutheri missam esse testamentum.	Cap. 3. fo. 46
Missa pro sacrificio habuerunt latini, Hierony- mus & Augustinus.	Cap. 7. fo. 35	Qua ratione catholici missam testamentū affirma- re possint.	Cap. 4. fo. 49
Eucharistie sacrificiū ex Ambroſio probat, & miſ- fandi formulā cōpore apostolorū confertur cum noſtra.	Cap. 8. fo. 36	Deuelatur Lutheri malitia, qui negat missam bo- num opus esse & sacrificiū.	Cap. 5. fo. 50
Sancti pontifices martyres missam sacrificiū astru- xere, inseruntur pleraq; de præparatione Eucha- ristie.	Cap. 9. fo.	Ex factō Christi non improbat missam esse sacri- ficiū.	Cap. 6. fo. 52
Alioꝝ pontificum martyrum testimonis ad idem		Stulta impudēmia Luthetanorum reicitur, qua ne- gant idē posse recipi & offerri.	Cap. 7. fo. 55
		Missa est sit memoria sacrificii, potest tamen esse sacrificiū, contra Lutherū, Zuwingliū & Vr- banum.	Cap. 8. fo. 56
		Oſtenditur illa non esse connexa, oblationē Eucha- ristie & communionem.	Cap. 9. fo. 59
		Sacrificia noui testamenti non ſolum ſunt interna contra hæreticos.	Cap. 10. fo. 61.

F I N I S.

COLONIAE apud Io. Soterem, expensis  
honesti ciuis PETRI Quentel, Anno  
M D XXVI.